

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,  
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &  
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque  
obeundi**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ, 1690**

IV. Contemplatio Pulchritudinis Christi Domini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](#)

potentia tuae Sacramentum appropinquare, & Legislatorem meum, cœli terræque Monarcham suscipere? Non auderem certè, ô Domine, nisi tua juberet Majestas, & blandâ voce invitaret Bonitas. Quia ergo dicas: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos: ecce venio, ut reficias me: quia dicas: Sinite parvulos venire ad me: ecce adsum ut me facias verè parvulum humilitate & innocentia, tuisq; moribus similem reddas.

IV. Contemplatio Pulchritudinis Christi Domini:  
E Gredere itaque Anima mea, tanquam vera filia Sion, & noli timere: sed vivæ fidei oculis aspice & contemplare Regem Salomonem in diademate quo corovavit eum Divinitas, tanquam Mater sua, in die desponsationis & lætitiae cordis ejus, quando gloriosus surrexit à mortuis. Vide uranheles & desideres; contemplare ut ames & gaudeas.

Ecce hic in Sacramento augustissimo est Sponsus tuus cœlestis, verus Salomon Rex pacificus & mundi pacificator, Rex gloriae infinitæ, sub illa cortina & velo specierum latens: erga hunc affectum ex-

M 3

cita<sub>21</sub>

cita. Credo, Domine mi Rex sapien  
me, & cum tota cœlesti aula adoro, la  
& benedico te affectuofissimè.

Ecce hîc est Jesus Nazarenus Ra  
us, totus floridus, totus speciosus,  
amabilis, propter passionem mortis  
& honore coronatus: accurre, prop  
ut eum debito cum amore, honore &  
verentiâ excipias. Honoro, amo &  
reor te Rex inclyte.

Ecce hîc est gloriosissima anima  
cum potentiis, & gloriosum corpus  
cum ea integritate, pulchritudine &  
jestate, quâ fulget in cœlo empyreo,  
dotibus quatuor gloriofis, quas in de  
surrectionis induit: occurre, venerare,  
plectere. Ecce venio, saluto, venero  
amplector te ô Rex gloriae!

Hîc sunt omnia membra ejus, ca  
oculi, os, collum, manus, pedes, tanta  
gantiâ & decore, ut omnium intueni  
corda rapiant: Accedo Domine mi  
bilissime, curro, festino ut rapiar &  
amoris fœdere tecum uniar.

Hîc denique sunt signa gloriofis  
quinque vulnerum, quæ tanquam q

que immensi splendoris soles mirificè re-  
fulgent, & cœlestium gratiarum radios  
evibrant. Appropinqua, anima mea, util-  
lustreris. O quis mihi dabit pennas & vo-  
labo & appropinquabo Regimeo, ut ab  
eo illuminer, accendar, & unus cum eo  
spiritus efficiar. Amen.

V. *Suspiria amorosa ad unionem cum  
Christo quæ finis est Sacramenti amabilis.*

I. **O** Rex Regum, & Domine Domi-  
nantum! anhelo & festino ad te,  
ut amore tecum indissolubili conjungar,  
in te quodammodo transmuter, & intimè  
uniar. O virtus sanctissimi Sacramenti!  
me & te, res adeò distantes, non tantùm  
combina, sed ex duobus unum effice: nam  
*Virtus Eucharistiae est unitas.* S. Augu-  
stin. serm. 9. de diversis.

II. O virtus nobilissimi Sacramenti,  
me vivum Christi membrum effice; imò  
è duobus corporibus ac mentibus, unum  
quodammodo frat individuum: nam *Vir-  
tus Eucharistiae est individuas;* quâ effe-  
ctu membra Christi sumus, quem accipi-  
mus. Tertull. lib. de orat. c. 6.

M 4

III. O